

42 ¶ Leo. 10. declarauit & concessit, q̄ per-
 sone trium Ordinum Sancti Augustini, vide-
 licet Fratres Moniales & mantellati omni-
 bus & singulis priuilegijs, gratijs & indulcijs
 quæ in Marimagno, seu in alijs concessioni-
 bus, tam per ipsum quàm per alios Romanos
 Pontifices prædecessores suos Ordini antedic-
 to concessis continentur plenè & largiter per-
 frui possint & debeant. Sed voluit, q̄ quarti
 gradus viriusq; sexus persone indulgentijs
 tantummodo gaudeant. Ita habetur in Supple-
 mento. fol. 122. concess. 556.

43 ¶ Circa quam concessionem aduertunt
 Collector priuilegiorum nu. 20. & Archiepis-
 copus. n. 23. q̄ iste persone quarti gradus vide-
 tur, q̄ sunt que in aliquibus literis Apostoli-
 cis vocantur Corrigiate, idest, quæ solum dese-
 runt corrigiam Sancti Augustini, & q̄ he per-
 sone solum gaudent indulgentijs post istam
 prouisionem. Nam antea gaudebant alijs indul-
 tis, sicut Fratres, & admittentur tempore in-
 terdicti ad diuina. Et Frater Emanuel To. 1.
 qq. regul. q. 55. art. 16. credit, quod Fratres Fra-
 trum, & eos Hospitantes lucrantur omnes in-
 dulgentias & peccatorum remissiones Fra-
 tribus concessas, & q̄ ipsorum suffragiorum

V V

sunt